



A
121
AG



(2)

EXPLICATIONES
IN QVARTVM
SYMBOLI APOSTOLICI
ARTICVLVM,

F. MICHAELE MEDINA HISPANO
ordinis Minorum regularis obseruantia
Theologo Regio Auctore .

Cum priuilegio.



VENETIIS,
Ex officina Iordani Zileti M D L XIII.

2

T Y P O G R A P H V S
C H R I S T I A N I S
L E C T O R I B V S S .




Ro nō uulgari meo in Rēp. literariam studio & amore, candidi lectores, nihil mihi antiquius esse solet, quā ut nullum non moueam lapidem, nullam non opportunitatem captem, ut eruditissimorum uirorum lucubrationes, eas preferam, quæ ad orthodoxam fidem pertinent, è tenebris eruam uobisq̄ communicem. Hac enim ratione me et in eam aliquid cōmodi inuehere, & meam erga ipsam uoluntatem testatiorem reddi animaduerto. Pridē itaq̄ tū aliorum doctissimorū uirorum nostræ ætatis hominū libros non paucos, tum Michaelis Medinæ Hisp. Regij in Sacra Tridentina Synodo Theologi *De Recta in Deum fide* Tomum priorem nō sine S. R. E. & omnis posteritatis utilitate planè incredibili in uulgauit. Nunc autē cū ad manus meas

peruenerint eiusdem Medinæ explanationes in quartū Fidei Apostolici Symboli articulū, quas ille Illustrissimorum, & Reuerendissimorum, Pontificis summi in eadem Synodo legatorum iussu, conscripsit, facturum me operæ præcium putauī, si quā primū eas excudendas curarem, quod breuibus cartis frugem sanè quā amplissimam contineant, & primi nominis in hac urbe Theologis maximè probentur. Has recens in officina nostra excussas, uos pro uestra humanitate & pietate bonam in partem accipite, & cum reliquis eiusdem auctoris scriptis nocturna diurnaq; manu uersate; fore nanque uideo ut uos lectionis haud quaquam pœniteat, quin cumulationem uos ex eis scientiam hausisse, breui intelligatis. *Valete.*

3

QVARTI ARTICVLI SYMBOLI APOSTOLICI catholicæ interpretationes .



DVO nobis ab illustrissimis & Reuerendissimis legatis, in singulorum articulorum Symboli Apostolici interpretatione, demadatur. prius, ut quid christianus homo credere teneatur, explicemus: posterius, ut quid in eisdem explicandis, euangelici ministri populis in gerere debeant, adnotemus. Prius ergo priori, posterius posteriori loco, auctore Deo, præstabimus. Verum in prioris loci tractatione, hunc ordinem obseruabimus, ut primò, quo pacto hic articulus cum præcedentibus conectatur dicamus, secundò singulorum uocabulorum significationes adiungamus, tertio, singularum partium mysteria explicemus.

QVI PASSVS EST SVB PONTIO PILATO,
MORTVVS ET SEPVLTVS.



DPrimè à natiuitate Christi, ad eius passionem & mortem fit transitus, ubi perfectè salutis nostræ summa sita est: nihil enim nobis nasci profuisset, nisi redimi profuisset. Sic Paulus, cum Christi natiuitatē describeret, mortem, ex qua nostræ redemptionis fructus colligitur, confestim adiungit. Semetipsum, inquit, exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humili. uit semetipsum factus obediens usque ad mortem; mortem autem crucis. Sic sancti Euangelistæ cœteris omnibus Christi gestis, quæ ut Ioannes Euangelista docet, totus mundus capere non posset, penè prætermisissis, post Christi natiuitatem, omnium diligentissimè passionem enarrant. Quasi ipsa mortalis carnis assumptio, ipsa que natiuitas, cœtera que omnia uita gesta, cum ipsa prædicatione & obedientia,

Gregor.
Philip. 2.
Ioan. 21.

Explicatio IIII. artic.

Galach. 4. **Galach. 4.** **Philip. 2.** **Ordo hu-
ius arti-
culi
Matt. 16.** **1. Corin-
th. 2.** **1. Corin-
th. 1.**

ia, in mortem & passionem, humani generis redemptricem, quasi in finem cō-
tenderent. Sic Paulus, Cum uenit, inquit, plenitudo temporis misit Deus fili-
um suum, factum ex muliere, factum sub lege. Ecce celestis uerbi incar-
natio, Christi que natiuitas, & obedientia. Quare misit eum? ut scilicet eos,
qui sub lege erant, redimeret, per mortem & passionem scilicet: indeque
adoptionem filiorum reciperemus. Conceptio igitur Christi in natiuitatem;
natiuitas in passionem & mortem, quasi in finem dirigitur. Ommissa est au-
tem in symbolo, totius uite obedientia; quoniam ea nihil aliud sit, quam
passionis & mortis, quibus nos redempturus erat, gradus quidam: nihil enim
nobis sacrificium mortis eius contulisset, nisi sponte oblatum; Vnde
Paul. Factus est, inquit, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

IN huius tamen sancti mysterij enarratione, non sine celesti artificio,
prius generali uoce, deinde in specie, mors Christi enuntiatur. **PASSVS**
nisi primò dicitur, deinde **CRUCIFIXVS**. Sic apud Matth. ipse Chri-
stus, prius se multa passurum in genere pronuntiat, deinde mortem ipsam ad-
iungit. Exinde, inquit, cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum
ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus, &
occidi. Passus igitur dicitur Christus: sed ne putares, eundem quacun-
que passione, nostra peccata diluisse, species passionis ignominiosissime adiungitur,
dum dicitur, **CRUCIFIXVS**. Quoniam uero etiam citra mortem cru-
cifigi quis potest, mors confestim adnectitur, dum dicitur, **MORTVVS**;
tandemque totum hoc mysterium sepultura, quæ ueræ mortis indicium est
certissimum, diuina quadam gradatione concludit. ac si aperte Christianus di-
ceret, Credo quòd ille met Iesus Christus, qui conceptus de spiritu sancto, na-
tus est ex Maria uirgine, passus sit iudice Pontio Pilato, non quodcumque pas-
sionis genus, sed omnium ignominiosissimum, crucem scilicet & patibulum:
credo etiam, eundem non tantum esse passum crucis opprobrium, sed in super-
uerè mortuum fuisse profiteor, credo deinde eundem Iesum Christum, more
coeterorum hominum, uita defunctorum, amicorum officio, fuisse sepulchro
conditum: quæ est ultima hominis delectio. Atque hæc est illa celestis sa-
pientia, in qua tantopere se se oblectabat Paul. ut ingenie profiteretur, se
nihil aliud scire, quam Iesum Christum & hunc crucifixum. Hac potissimum
professione fidei, tantopere etiam priores illi Christiani gloriabantur, ut eam
putarent Dei sapientiam & uirtutem: cum tamen contra mundum, partim
stultitiam, partim scandalum crederet. Et meritò quidem, quia quod stul-
tum est Dei, id est, quod homines stultum putant tribui Deo, sapientius est
hominibus, & quod infimum est Dei, passio scilicet, mors & sepultura, quæ
omnia

Symboli Apostolici.

4

omnia Deo tribuere, propter infirmitatem quam denotant, mundus huma-
numque iudicium horret, fortius est hominibus: id est quam id, quod homines
humano tantum iudicio Deo possunt tribuere. Atque hac ratione hæc coc-
lestis sapientia, cum humano iudicio comprehendi nequeat, in hoc symbolo Apo-
stolico quasi portio fidei proponitur: fides enim eorum est, quæ humanum
iudicium, humanamque rationem superant. Quis enim apprehendere queat,
Deum pati, crucifigi, mori, ac sepeliri? Atq; Hoc est profectò opus illud
arduum, quod tantopere ex propheta cōmendat Apostolus, Ecce, inquit, opus
ego operor, quod non creditis, si quis enarrauerit uobis. Tanta est enim gra-
tia dei & amor uersus nos, ut plus ipse donauerit nobis, quam nos possumus
mète apprehendere. Sic ergo quartus hic articulus præcedentibus adnectitur.

CREDO IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS &c.
QVI. scilicet Iesus christus. (Habet autem magnam emphasim relatiuum)
cum esset Dei filius secundum naturam diuinam, atque adeò uerus deus æqua-
lisque patri, secundum uero naturam mortalitatis assumptæ, non quacumque
ratione, id est non naturali modo, quemadmodum ceteri mortales, sed ex Ma-
ria uirgine, & spiritu sancti operatione foecundata, genitus esset; ac proinde ab
omni genere peccatorum, tam eorum, quæ propria uoluntate contrahuntur
quia deus erat, quam eorum, quæ parentum seminatione transfunduntur, quia
natus ex Maria uirgine & spiritu sancto, immunis esset, nostro tamen amo-
re, nostræque salutis desiderio. **PASSVS** est, Pontio Pilato iudice, mor-
tisque ad iudicatus patibuli, & tandem ut in omnibus, nobis assimilaretur, se-
pulturae mandatus &c. Quo loco & Christi innocentia perspicue ac sapien-
ter designatur. Si enim Deus erat, peccato carebat, si autem de Spiritu
sancto & ex uirgine Maria genitus erat, nulla uirili actione interueniente,
nullo peccati fomite, qui in peccata propelleret præditus erat. Sed iam singu-
las huius articuli partes prosequamur.

Nomen **PASSVS**, propriè totum eum dolorum & afflictionum turbinem
& torrentem insinuat, quem Christus ante punctum separationis anime &
corporis, tum à gentibus, tum à Iudæis sustinuit, Quarum afflictionum præ-
cipua capita eum sancti Euangelistæ diligentissime prosequantur, ipse ta-
men Christus paulo ante mortem, breui, sed profundo uerborum compendio, di-
scipulis explicat. Ecce, inquit, ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tra-
detur principibus sacerdotum & scribis & senioribus, & damnabunt eum mor-
te, & tradent eum gentibus, & illudent, & conspuent in eum, & flagella-
bunt, &c. Est igitur Christus passus, id est uariè afflictus per uiolentiam &
probrosam apprehensionem, per truculentos & iniuriosos impulsus, quibus

A& 13.

Quid no-
men, pas-
sus deno-
ret.
Matt. 28.
& 27.
Marc. 14.
& 15.
Luc. 27.
& 3.
Ioan. 18.
Luc. 10.

trahere

Explicatio IIII. artic.

trahébatur de loco in locum, de iudice ad iudicem, de alijs cruciatibus ad alios cruciatu; per irrisiones, per contumelias, per flagella, quibus lania tus est à planta pedis usque ad uerticem, per sputa, per colaphos, per arundinem & uestium irrisionem, per spineam coronam, per damnationem ad infame patibuli supplicium, per probrosam tractionem ad crucem &c. Nec tantum passus in corpore, sed etiam in anima, per uehementissimam tristitiam, qua ex carnis infirmitate, sicut nec cæteris quibus passionibus, qua peccatum non importabant, carere noluit: iuxta illud quod passioni proximus dicebat

- Matt. 27. Tristis est anima mea usque ad mortem. Proueniebat autem hæc tristitia partim, propter multitudinem poenarum, partim propter maleuolentiam inferentium, partim etiam propter Dei offensam, partim præterea propter ingratitude eorum, pro quibus hæc tanta sustinebat, partim denique quod diuinadispensatione & certa prouidentia ratione certoque mysterio, in sua passione fuerit omni solatio dolorem mitigante, destitutus. Quod horti oratio & anxietas illa tam uehemens, qua sudorem sanguineum foris propelleret & ipsa Christi uox in cruce pendentis, abundè insinuant. Deus deus meus, inquit, ut quid dereliquisti me.
- Matt. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Proueniebat autem hæc tristitia partim, propter multitudinem poenarum, partim propter maleuolentiam inferentium, partim etiam propter Dei offensam, partim præterea propter ingratitude eorum, pro quibus hæc tanta sustinebat, partim denique quod diuinadispensatione & certa prouidentia ratione certoque mysterio, in sua passione fuerit omni solatio dolorem mitigante, destitutus. Quod horti oratio & anxietas illa tam uehemens, qua sudorem sanguineum foris propelleret & ipsa Christi uox in cruce pendentis, abundè insinuant. Deus deus meus, inquit, ut quid dereliquisti me.
- Matt. 27. Tristis est anima mea usque ad mortem. Proueniebat autem hæc tristitia partim, propter multitudinem poenarum, partim propter maleuolentiam inferentium, partim etiam propter Dei offensam, partim præterea propter ingratitude eorum, pro quibus hæc tanta sustinebat, partim denique quod diuinadispensatione & certa prouidentia ratione certoque mysterio, in sua passione fuerit omni solatio dolorem mitigante, destitutus. Quod horti oratio & anxietas illa tam uehemens, qua sudorem sanguineum foris propelleret & ipsa Christi uox in cruce pendentis, abundè insinuant. Deus deus meus, inquit, ut quid dereliquisti me.

DE notat etiã nomen PASSVS, patientiam, qua hunc in gentem tormentorum & afflictionum aceruum, Christus pro nostra salute tolerauit. Siquidem pati, est sustinere, tolerare, aut æquo ferre animo. Iuxta illud

1. Petri. 2. Petri. Qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur: tra debat autem iudicanti se iniuste.

IMPORTAT idem uerbum, uoluntate & amorem, quo pro nostra salute nostra salute no straque redemptione, hæc omnia sustinuit. iuxta illud, Ego pono animam meam & iterum sumo eam, nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. potestatem habeo ponendi eam, potestatem habeo iterum sumendi eam.

HANC dolorum & afflictionum congeriem, siue que ad corpus siue que ad animam spectant, patientiam insuper & patiendi uoluntatem, Isaias multo ante propheticum uaticinio prænuntiauit. Quis inquit, credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, non est species ei neque decor, & uimus eum, et non erat ei aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum uitrorum, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus, unde neque reputauimus eum: uerè languores nos ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem uulneratus est pro-

pter

Symboli Apostolici.

pter iniquitates nostras: attritus est propter scœlera nostra. Hactenus passiones & afflictiones Christi Propheta recensuit: nunc patientiam & tolerantiam, amoremque, & uoluntatem patiendi iam audi. Oblatus est, inquit, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ductetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum &c. PASSVS igitur Christus est, idest multa corporis & animi tormenta, patienter & uoluntariè, pro nostra salute sustinuit.

SUB PONTIO PILATO. Iudicis nomen sancti Apostoli passionis Christi mysterio adnectunt, propter temporum cognitionem, & ut constet non minus ueritas historiarum, quam ipse modus passionis peractæ: quæ consuetudinè non modò prophani, sed sacri quoque scriptores obseruare solent. Sic Lucas Ioannis Baptistæ electionem ad prædicationem enarrans, Anno, inquit, quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode &c. Non autem inferuntur hic Herodes, Anas, aut Caiphas, quod licet ab eis irrisus fuerit Christus, diuersisque generibus opprobriorum affectus, non tamen ab eisdem sed à solo Pilato sententiam damnationis acceperit. Ridenda igitur eorum Iudæorum sententia, qui Christum sub Ioanne Alexandro Pontifice Max. penè ante centum annos quam Hierosolymæ Romæ parerent, extinctum fabulantur. Erat autem Pontius Pilatus, Hierosolymis à Claudio Tyberio Nerone præfectus, qui non tantum Christi mortem, sed & multa quoque alia scœlera, qua ueteres auctores memoriæ prodiderunt, in ea administratione designauit. Quam uerò iniquè, quamque contra iustitiam Christum morti adiudicauerit, ipse ingenue confitetur. Ecce, inquit, coram uobis interrogans, (loquitur autem ad Iudæorum primores) Nullam causam inuenio in homine isto, ex ijs, in quibus accusatis eum. Et iterum Ecce, inquit ad eosdem, adduco uobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Et denique pronuntiaturus sententiam, cum lauasset manus. Innocens, inquit, ego sum, à sanguine iusti huius: uos uideritis.

CRUCIFIXVS. Iam species passionis, quam pro nostris peccatis Christus subierit, describitur: Est igitur CRUCIFIXVS Christus, idest eo genere mortis punitus, quo homines nefarij et sacrilegi, non quicumque, sed qui nullo nobilitatis titulo gaudent, lege ciuili plectabantur, patibulo scilicet clauis ferreis affixus, iuxta propheticum uaticinium, Foderunt manus meas & pedes meos & dinumerauerunt omnia ossa mea. Quod genus passionis, cum esset lentum ac cruciabile, tum uerò apud eam gentem execrabile erat, iuxta illud, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Luc. 3.

in kalendario Iudeorum.

Josephus Egesippus &c.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Quid nomen crucifixus de notet.

Psal. 25.

Deuter. 21.

B

MOR

Explicatio IIII articuli

MORTVVS. Ecce omnium Christi passionum & afflictionum terminus, significat autem in eodem, uerè ac realiter corporis naturali compage, & uitæ conseruatrice complexione soluta, per dolorum & uulnerum uiolentiam, animam à corpore seiunctã fuisse: quanquam à neutro horum recefferit diuinitas.

ATQVE hæc omnia quemadmodum & præcedentia, idest, passionis, crucem & mortem, citra ullam diuinitatis iniuriam ac detrimentum, oportet intelligas. Licet enim deus esset uerus, qui pateretur, crucifigeretur, & moreretur; erat tamen etiam ratione mortalitatis assumptæ, uerus homo. Atque adeò cum per admirandum sacramentum unionis hypostaticæ utraque natura inconcussa maneret, utraque distinctas & intermixtas quoque operationes habebat. Quemadmodum enim salua proprietate utriusque naturæ, & in unam coeuentis personam, suscepta est à maiestate, humilitas, à uirtute, infirmitas; ab aternitate mortalitas; ita ad resoluendum naturæ nostræ debitum, natura inuolabilis, naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus idemque mediator Dei & hominum, homo, Christus, Iesus mori posset ex uno, & mori non posset ex altero. Diuinæ naturæ erat, militares cohortes irruentes solo uerbo prosternere, naturæ humanæ erat, comprehendì, ligari, duci de iudice, ad iudicem: flagellari, conspui, illudi, & demum damnationis & mortis sententiam, tanquam reum accipere. Naturæ rursus diuinæ erat, in noctem luce conuersa, omnia elementa tremefacere, naturæ humanæ erat, Clauis affigi, & in ligno crucis uiolenter extendi. Naturæ diuinæ erat, paradysi portas fidei latronis aperire, naturæ humanæ erat, se derelictum in eo turbine dolorum ad patrem clamare. Naturæ denique diuinæ erat, in ipso uitæ postremo biatu, omnium suarum passionum holocaustum, patri pro peccatis nostris cum clamore ualido offerentem, ab eodem pro sua reuerentia exaudiri, naturæ humanæ erat, eidem patri spiritum tradere.

ET SEPULTVS. Ultima passionum & mortis Christi linea, postremaque deiectio assumptæ humanitatis, sepultura est. Itaque potuisset Christus, citra crucem pati; potuisset crucem sustinens, non mori; potuisset mortuus, à matre, uel à discipulis auferri: aut inde in corpus rediuiuum per ueram resurrectionem reducere animam; noluit tamen, ut uerè mortis indicium, apud omnes ostenderet: Potuisset Christus, priuato sepulchro, condi: noluit tamen sed publico, quò omnes eius mortis et interitus ueritatem, agnoscerent. Quorundam corpora crucifixa; pensilia manent in patibulo,
semper

Leo. 1. in
epist. ad
Flauianum.

heb. 5.

Symboli Apostolici

6

semper insepulta, ut exemplo iustitiæ terreat facinorosos: Christus autem sic est passus, ut sustinuerit simul ignominiosum illud durissimumque crucis supplicium, atq; id ad mortem usque in ipsa cruce, nec tamen ibi insepultus permanfit, sed fuit tribus diebus & tribus noctibus, in sepulchro conclusus, iuxta eiusdem uaticiniũ, Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.

ATQVE hæc omnia quemadmodum & præcedentia, idest, passionis, crucem & mortem, citra ullam diuinitatis iniuriam ac detrimentum, oportet intelligas. Licet enim deus esset uerus, qui pateretur, crucifigeretur, & moreretur; erat tamen etiam ratione mortalitatis assumptæ, uerus homo. Atque adeò cum per admirandum sacramentum unionis hypostaticæ utraque natura inconcussa maneret, utraque distinctas & intermixtas quoque operationes habebat. Quemadmodum enim salua proprietate utriusque naturæ, & in unam coeuentis personam, suscepta est à maiestate, humilitas, à uirtute, infirmitas; ab aternitate mortalitas; ita ad resoluendum naturæ nostræ debitum, natura inuolabilis, naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus idemque mediator Dei & hominum, homo, Christus, Iesus mori posset ex uno, & mori non posset ex altero. Diuinæ naturæ erat, militares cohortes irruentes solo uerbo prosternere, naturæ humanæ erat, comprehendì, ligari, duci de iudice, ad iudicem: flagellari, conspui, illudi, & demum damnationis & mortis sententiam, tanquam reum accipere. Naturæ rursus diuinæ erat, in noctem luce conuersa, omnia elementa tremefacere, naturæ humanæ erat, Clauis affigi, & in ligno crucis uiolenter extendi. Naturæ diuinæ erat, paradysi portas fidei latronis aperire, naturæ humanæ erat, se derelictum in eo turbine dolorum ad patrem clamare. Naturæ denique diuinæ erat, in ipso uitæ postremo biatu, omnium suarum passionum holocaustum, patri pro peccatis nostris cum clamore ualido offerentem, ab eodem pro sua reuerentia exaudiri, naturæ humanæ erat, eidem patri spiritum tradere.

semper insepulta, ut exemplo iustitiæ terreat facinorosos: Christus autem sic est passus, ut sustinuerit simul ignominiosum illud durissimumque crucis supplicium, atq; id ad mortem usque in ipsa cruce, nec tamen ibi insepultus permanfit, sed fuit tribus diebus & tribus noctibus, in sepulchro conclusus, iuxta eiusdem uaticiniũ, Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.

ATQVE hæc omnia quemadmodum & præcedentia, idest, passionis, crucem & mortem, citra ullam diuinitatis iniuriam ac detrimentum, oportet intelligas. Licet enim deus esset uerus, qui pateretur, crucifigeretur, & moreretur; erat tamen etiam ratione mortalitatis assumptæ, uerus homo. Atque adeò cum per admirandum sacramentum unionis hypostaticæ utraque natura inconcussa maneret, utraque distinctas & intermixtas quoque operationes habebat. Quemadmodum enim salua proprietate utriusque naturæ, & in unam coeuentis personam, suscepta est à maiestate, humilitas, à uirtute, infirmitas; ab aternitate mortalitas; ita ad resoluendum naturæ nostræ debitum, natura inuolabilis, naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus idemque mediator Dei & hominum, homo, Christus, Iesus mori posset ex uno, & mori non posset ex altero. Diuinæ naturæ erat, militares cohortes irruentes solo uerbo prosternere, naturæ humanæ erat, comprehendì, ligari, duci de iudice, ad iudicem: flagellari, conspui, illudi, & demum damnationis & mortis sententiam, tanquam reum accipere. Naturæ rursus diuinæ erat, in noctem luce conuersa, omnia elementa tremefacere, naturæ humanæ erat, Clauis affigi, & in ligno crucis uiolenter extendi. Naturæ diuinæ erat, paradysi portas fidei latronis aperire, naturæ humanæ erat, se derelictum in eo turbine dolorum ad patrem clamare. Naturæ denique diuinæ erat, in ipso uitæ postremo biatu, omnium suarum passionum holocaustum, patri pro peccatis nostris cum clamore ualido offerentem, ab eodem pro sua reuerentia exaudiri, naturæ humanæ erat, eidem patri spiritum tradere.

Matt. 12.

Passionis
Christi mi-
steria ex-
plicauerunt

Isai. 55.

I. Corin-
th. 2.

presbyte-
ri Achaia
in histor.
passionis S.
Andreas

B ij com

Ephes. 5. comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum consiliorum Dei, in opere redemptionis generis humani: quanquam ad hoc potius charitate & amore, quam intellectus speculatione, si gustare uelimus quam suavis sit Dominus, nobis annitendum est. Vnde hoc loco supereminentem scientiæ charitatem, id est, omni scientiâ excellentiorem, actum redemptionis rectè uocat Apostolus: quoniâ scilicet plus potuerit Deus nos amare, quam nos possimus uel exacta contemplatione percipere.

DOCEt utriusque testamenti scriptura, (id quod in præcedentibus obiter attigimus) Christum seu Messiam, humani generis reparatorem, non quocumque pacto, sed per mortem & passionem idem genus humanum restaurare deberet. Sic apud Mattheum, oportere, inquit ipse Christus, filium hominis multa pati à principibus sacerdotum &c. Sic ipsemet post resurrectionem discipulis in Emaus increpitis prius propter tarditatem & cordis duritiam ad credendum, his, quæ priores Prophetæ prædixerant, inquit. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quam sententiam, incipiens à Mose & in omnibus prophetis subinde eisdem comprobasse memoratur. Rursusq; omnibus discipulis in unum congregatis, passionis præteritæ mysterium sacrosanctum interpretans. Hæc inquit sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est, impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertia die: prædicari nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Paulus etiam apud Thessalonicam, cum secundum consuetudinem Iudeorum, per tria sabbata, de scripturis differeret, nihil magis insinuabat, quam, quod Christum pati oportuerit &c. Vnde uero sumeretur hæc necessitas patiendi Christum, iam pro nostra tenuitate scrutemur.

Et primo quidè eam necessitatè absolutam fuisse, quæ scilicet patri tradendæ filium in passionem & mortem uolentiam inferret, sentire non possumus. Quemadmodum enim ille honorum nostrorum non indiget, ita nec nos illi possumus unquam necessitatem & obligationem inducere. Sed neque ea necessitas à nostris meritis, quibus diuinam iustitiam cogere mus, prouenisse credenda est. Primo, quia Deus dominus est mortis & uitæ, quemadmodum & utriusq; est auctor: undè nec ulli mortalium ulla necessitate ligatur. Neque enim est qui resistat eius uoluntati aut dicat, cur fecisti sic? Secundo, quia totum genus humanum erat una eademq; perditionis & corruptionis confusio, fermento peccati putrescens, & Deo abominabilis, Omnes enim peccauerant

cauerant, omnes declinauerant, & inutiles facti fuerant, non erat qui faceret bonum. Potuisset itaque deus prorsus non liberasse hominem citra ullam iniuriam, uel iustam querelâ. Quis enim imputabit, ei si perierint omnes nationes terræ? Potuisset deinde, uel sola miseratione, uel solo uerbo uniuersum genus humanum à diaboli tyrannide eripere. Potuisset, primi hominis penitentia idem reparare, quemadmodum per eiusdem peccatum prius quoq; corruerat. Potuisset, uel sola incarnatione nostræq; carnis assumptione nos in dilecto filio suo gratificari. Potuisset, uel una tantum guttula sanguinis (si omnino sanguis necessarius erat) uniuersos abluere. Potuisset demum alijs innumeris modis totum genus humanum à dira illa captiuitate, absque diris illis tormentis passionis & crucis horrendo supplicio, in libertatem asserere. Quemadmodum & reges mundi possunt scelerosos homines mortis reos, uel condonatis peccatis, uel seruitij cuiusdam expectatione, uel ob precium redemptionis, à se uel ab alijs oblatum, sine cuiuspiam uitæ discrimine, eripere. Atque hinc iam tertio colligitur, eam necessitatem nõ à fine generis humani reparandi fuisse deriuatam, cum alijs rationibus, quas diuine sapientiæ thesaurus inuenire potuisset, liberari possemus.

SUPEREST igitur eam necessitatem, quam suæ passionis & mortis obeunda Christus insinuat, neque absolutam fuisse, neque simpliciter à finis necessitate, sed ab eius tantum decentia & congruentia descendere. Sic Paulus eum, inquit, qui modico quam angeli minoratus est, (loquitur autem de Christo) uidemus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut gratia dei, pro omnibus gustaret mortem: decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passionem consumari &c. Sic Augustin. Si uerò queritur, inquit, utrum alio modo posset deus hominem liberare quam per mortem Christi, dicimus & alium modum fuisse possibilem deo, cuius potestati cuncta subiacent, sed nostræ miseriæ sanandæ conuenientiore medium alium non fuisse, neque esse potuisse. Relucent in hoc sacrosancto per crucem & passionem redemptionis mysterio, & uirtutes, quæ maxime diuinitatis naturâ apud mortales commendant, & in eius cultum eosdem per uirtutè religionis summo opere impellunt, sapientia, misericordia & iustitia. Sapientia, dum modum reperit, quo insuperabilis alioqui tyrannus ille, qui mortis tenebat imperium, & fortis ille armatus, qui mundi huius atrium custodiebat, per carnis fragilitatem decipitur. Misericordia, dum tanto peccatorum diluuiò, Deus minimè offensus, nostræ miseriæ & fragilitati coniunctus, non tantum redemptionem, sed copiosos thesauros redemptionis aperuit. Iustitia de-

Psal. 13.
sapient. 2.

Hebr. 2.

Aug. li. 13
de Trini.
c. 10.

Heb. 2.
Matt. 12.

Ephes. 2.

Explicatio III. artic.

mum, dum genus humanum primorum parentum peccato, iure quoddam singularis certaminis, in diaboli potestatem concefferat, iuxta illud, *Eranus natura, filij iræ, ab eadem potestate, non per altiore quam humanam uirtutem, in libertatem asseruit. Tenebat diabolus iam tunc à principio, genus humanum sub dira seruitute captiuum: erat huius mundi princeps, erat rex super omnes filios superbiæ; decebat ergo eam rationem redemptionis inueniri, qua ex dira illa seruitute, quam in primis parentibus iuste susceperat, absque iusta diaboli potestatis quærela, infiliorum Dei libertatem ueniret. Hanc purus homo prestare non poterat, quod eo sit diabolus et uiribus et potestate superior, iuxta illud, Non est potestas, super terram, quæ comparatur ei qui factus est ut nullum timeat. Deus deinde perseipsum hanc uictoriam de hoste nostro iusto et æquo Marte obtinere non poterat, sed neque decebat diaboli creatorem luce diuinitatis eundem opprimere. Oportebat ergo, sic utramque naturam diuinam et humanam, in unum eundemque reparatorem compingi, ut idem et fragilitatis specie deceptorem deciperet, et deceptum latentis diuinitatis pugione confoderet. Hic diuinæ sapientiæ radius humanæ mentis cacumina superat, nostram rationem, nostrumque iudicium prorsus transcendit. Unde ad sancti uiri mentem deprimendam, olim deus, inter cætera quæ illi impossibilia obiebat, An extrahere, inquit, poteris leuiathanamo, et fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? &c. Solaprofecto diuinæ sapientiæ et nouit et potuit, leuiathan, id est, diabolum, in huius mundi latissimo pelago totum genus humanum de uerantem, extrahere, dum illi nostræ fragilitatis naturam crucis hamo circumpositam, non tam fraudulenter quam sapiens obiecit, iuxta illud Esaiæ propheticum uaticinium, In illa die uisitabit dominus in gladio suo duro et grandi et forti, super leuiathan serpentem uictorem, et super leuiathan serpentem tortuosum. et occidet cetum, qui est in mari. Dies hæc non est alta, quem ea, qua sapienter, hamo crucis esca nostræ mortalitatis cum diuini nerbi persona coniunctæ, circumlito, diabolus captus est. Gladius durus, grandis et fortis, non est aliud, quam ipsa intra humanitatis uaginam delitescens absconsa diuinitas, cuius dira uulnera Satânica uirtus declinare non potuit. In eandem quoque diuinæ sapientiæ tecnam, Paulus ad corinthios scribens spectare uidetur, cum enim crucis sermonem, Dei uirtutem et sapientiam appellasset, utriusque rationem reddens, confestim adiungit, Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. In deo profecto nihil est stultum, cum sit ipse sapientia non quecquam, sed attingens à fine usque ad finem, omnia suauiter dulciterque disponens.*

Symboli Apostolici

8

nens. In eo nulla est infirmitas cum sit solus omni potens. Stultitiam igitur et infirmitatem Dei appellat Apostolus, non iuxta rei ueritatem, sed iuxta hominum et mundi sententiam; qui nesciens diuinæ dispensationis arcanum, Deo crucem et mortem tribuere stultissimum et infirmisimum iudicat. Sed hoc stultum et infirmum Dei hominibus est sapientius et fortius, quoniam sola diuina sapientia rationem inire potuit, qua per speciem infirmitatis obiectæ, Dei uerbum de diabolo triumpharet, et nostræ carnis fragili lorica circumdatus uerus homo homines à diaboli, qua tenebantur captiui, potestate uendicaret. Atque hæc de sapientia.

I A M quanta in hac ratione redemptionis misericordia reluceat, uix possumus loqui. Sicut Moyses, inquit Christus, exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam, sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Oportebat igitur Christum patibulo affigi, ut quanta misericordia, quantaque dilectione, nos deus prosequeretur, mundo patefaceret, dum filium suum unigenitum: sibi coæternum, consubstantialem, æqualem, innocentem &c. morti pro nobis miseris peccatoribus traderet. Sic Paul. Commendat, inquit, charitatem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Ingens profecto dilectionis incendium, quo filius proseruis, creator pro creaturis, bonus promalis, innocens pro iniquis, et peccatoribus, in supplicium, non quodcumque sed patibuli traditur. Ingens misericordia, qua tot alioqui peccatis nostris irritatus deus, tot sceleribus offensus, tot facinoribus pro uocatus, loco supplicij quod fueramus comeriti, pro nostra salute in diram mortem unigenitum tradidit. Sed non minor in hoc sacratissimo passionis mysterio, Christi ipsius reparatoris misericordia obseruatur. Quam enim erga nos maiorem misericordiam ostendere potuit, quam ut pro nostris peccatis diluendis semetipsum offerret immaculatum deo? Quæ maior reparatoris nostri dilectio, quam ut cum adhuc infirmi essemus, pro nobis impijs sit mortuus? Vix enim pro iusto quis moritur. Grædis profecto dilectio et misericordia, qua quia pueri communicauerunt carni et sanguini, et ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum et liberaret eos, qui per totam uitam obnoxij erant seruituti. Itaque quædam morte et passione sua Christus erga genus humanum dilectionem ostenderit, uel hoc uno conuincitur, quod cum uniuersa sua prædicatione, nihil magis quam proximi dilectionem efflagitaret, eidem morti propinquus, ad suæ dilectionis et amoris imitationem, quasi

Ioan. 3.

Roma. 5.

Hebre. 9.

Roma. 5.

Hebre. 2.

ad

Ioan. 5. ad ueram fraternæ charitatis ideam & amicum nos prouocet. Hoc est inquit præceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, maiorem enim hac, dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ostendit eandem dilectionis magnitudinem, ingens illud patiendi desiderium, quo tempus redemptionis, quo per crucem erat patri offerendus, appropinquare feruentissimè optabat. Desiderio inquit desideravi hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar, nimirum ut iam tandem perfectionem dilectionis, qua eos, & in eis totum humanum genus profeceretur, ostenderet. Quò etiam pertinet, quòd passionem & mortem suam, apud Lucã Moyses & Helias cum Christo loquẽtes, ecstasim suæ excessum appellant, loquebãtur, ait Lucas, de excessu, quem completurus erat in Hierusalem, idest, de morte & passione: quæ profectò æquissimè ecstasim aut excessum appellatur, aut quòd pios & fideles homines tantæ dignationis stupore percillant, aut quòd Christus ipse propter nostrum amorem sit ecstasim passus: est enim metaphora ab ijs qui amoris extremi cuiusdam furore, percillantur, desumpta.

Roma. 3. Denum, iusticia quanta in Christi mediatoris passione nostraque redemptione resplendat, ad Roman. scribens insinuat Apostolus. Iustificati, inquit, gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiæ suæ, propter remissionẽ præcedentiũ delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionẽ iustitiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus et iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Est igitur per Christi passionẽ & sanguinẽ facta redemptio, ad ostensionẽ iustitiæ dei, ut scilicet eum, qui iustè tenebatur captiuus, non nisi soluto præcio redemptionis in libertatẽ assereret. Hominẽ inquit Augustinus, quẽ cõmissio peccatorũ diabolo subdit, remissio peccatorũ per sanguinẽ Christi data, à diabolo eruit, ut sic iusticia uinceretur diabolus, non potentia. Sed qua iusticia? Iesu Christi, & quomodo uictus est ea, quia in eũ nihil dignũ morti inueniens, occidit eum tamen: & utiq; iustum est, ut debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit. Et paucis interpositis. Sed nonne iure æquissimo uinceretur diabolus, si potentia tantum cum illo christus agere uoluisset? Vtique: sed proposuit Christus quod potuit, ut prius gereret, quod oportuit: iusticia ergo humilitatis hominẽ liberauit, quem sola potentia æquissimè liberare potuit. Hactenus Augustinus. Huc etiam pertinet tota ea euangelica & apostolica phrasis, quæ nostram redemptionem per Christi passionem & mortem, redemptionem appellat: redemptio enim non est quæcunque liberatio, sed quæ iusto præcio soluto, a seruitute alteriusque ditone captiuus eripitur. Sed in explicanda in sacro redemptionis mysterio

mysterio sapientia, misericordia & iustitia, admodum sunt frequentes ecclesiastici Patres. Hucque asserat forensis illa harum diuinarum uirtutum disceptatio, qua à quibusdam sanctis auctoribus, apud Deũ derecta redimendi genus humanum ratione, à pacis uirtute prouocatas, deliberare dicuntur: ita ut paci hominis redemptionem postulant, iustitia opponatur: contra, iustitiæ, misericordia, omnesque tandem sapientia conciliet. Nò quod in Deo quemadmodum, et in, homine illos esse sentiant sibi mutuò succedentium cogitationum discursos, sed ad imbecillitatem intellectus nostri fouendam, & in diuinorum factorum contemplationem pellendos humanas mentes: quò scilicet rerum corporaliũ similitudinibus, uel gustum aliquem apprehendamus iudiciorum Dei, alio qui in comprehensibilem. Scribit & Paul. Apostol. præter has tres, quas diximus rationes, & quartam aliam, quæ cum ad iustitiæ quoque diuinæ cõmedationem pertineat, à tota tamen Mosayci status œconomia & placandi Deum per sacerdotium & sacrificia, ratione deriuatur. Postulabat status ille Mosaycus, ut is qui per peccatum, diuinum furorem prouocasset, sacrificijs, hostijs, & oblationibus, opera sacerdotis oblati, peccatum dilueret: uerum neque hostiæ tales erant, quæ sui ualoris pondere peccata compensarent. ut pote brutæ animantes, oues, arietes, boues, uituli, hirci, columbæ &c. non propria uoluntate & arbitrio sed uiolenter oblatæ. Sed neque sacerdotes tantæ sanctitatis erant, quibus non esset aliquando eorum peccatis offensa, placanda diuinitas. Erat igitur in opere redemptionis exhibendo, ea uictima querenda, quæ cum non aliena sed propria uoluntate mactaretur, sui sanguinis prætio & ualore diuinam propiciationem promereretur. Erat is sacerdos deinde querendus, qui cum prorsus immunis esset à peccato, nobis tantum & non sibi oraret & offerret. is alius quam Deus, stolla nostræ mortalitatis indutus, esse non poterat, sicut nec ea uictima, alia quàm homo, ipso ualore diuinitatis, quæ sola Deum potest obligare, præditus, reperiri poterat. Oportebat igitur ut eadem esset hostia, quæ & sacerdos, eadem uictima, qui & sacrificij minister. Itaque postea quàm ostendisset Apostol. ueteri illo rerum Mosaycarum statu, nunquam sine sanguine factam fuisse peccatorum expiationem, Quæ parabola (subiungit statim,) est temporis instantis, iuxta quam, munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, tantummodo in cibis & in potibus & in uarijs baptismatibus & iustitijs carnis, usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculũ nõ manu factũ, idest nõ huius creationis, nec per sanguinẽ hircorũ aut uitulorum, sed per propriũ sanguinem introiuit semel in sancta,

Augusti. & Berna.

Quarta ratio passionis Christi partim à iustitia partim à lege Mosayca desumpta.

Hebr. 9.

eterna redemptione inuenta. Et post pauca. Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt æternæ hereditatis. Proueniebat autem tum ab hostiarum imperfectione, quæ omnium hominum peccata sui oblatione compensare non poterant, tum à sacerdotum fragilitate, qui cum mortales essent, permanere nequibant, ut neque unus idemque semper esset sacerdos, neque una eademque oblatione aut sacrificio tollerentur peccata. Erat igitur in opere redemptionis à diuina sapientia, ea ratio ineunda, in qua cum esset unicus perpetuusque sacerdos, unico etiam sacrificio et oblatione præteritorum et futurorum seculorum delebantur peccata. Non inquit in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria uerorum, sed in ipsum coelum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioqui oportebat eum pati ab origine mundi, nunc autem semel in consumatione seculorum, ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit, et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, et postea iudicium, sic et Christus semel consumatus est, ad multorum gehaurienda peccata. Et rursus. Et omnis quidem sacerdos præsto est, quoti die ministrans, et eisdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata, hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. una enim oblatione consumauit in æternum sanctificatos, uerum in hac dominicæ passionis causa explicanda à capite quinto usque undecimum totus est Paulus

Nunc iam breuissimè singulas huius articuli partes percurramus, ut in eisdem diuina sapientiæ, iustitiæ, et misericordiæ thesauros, si illis frui non datur, saltem mentis contemplatione lustremus. Non tantum diuinæ sapientiæ prescriptum, sed ipse quoque iustitiæ ordo postulare uidetur, ut per ea quæ quis peccat, per hæc ipsa et torqueatur, et peccata emundentur. Peccauit totum humanum genus, præsertim in illo primo suo auctore, à quo tota illa peccati lues in cæteros mortales descendit, non uno sed compluribus modis, oportebat igitur ut secundus Adam, qui prioris illius peccatum diluendum, et compensandum suscepit, multis torqueretur et puniretur. Atque hæc fuit illa crucis eögruetia, quæ scitissimis numeris, Fortunatus episcopus Pictaen. adhuc modum complexus est. De parëtis protoplasti (Erau de factor condolens, Quando pomi noxialis Morsu in Mortem corruit, Ipse lignum tunc notauit, Damna ligni ut solueret. Hoc opus nostræ salutis Ordo de poposcerat, Multiformis proditoris, Ars ut artem falleret, Et medellæ ferret inde)

inde) Hostis unde læserat. Extendit ille in horto manum ad fructum arboris, ligatæ sunt huic manus in horto: peccauit ille nimia libertate, trahitur iste de iudice ad iudicem, de loco ad locum. Apetijt ille Dei æqualitatem, irridetur iste per uestem cocineam et arundinem. et insuper flagellatus sententiam damnationis accipit. Peccauit ille in ligno, punitus est hic pro illo in ligno, ut scilicet unde mors oriebatur, inde uita resurgeret, et qui in ligno uincebat in ligno quoque uinceretur. Gustauit ille fructus uetiti furtiuam dulcedinem; gustauit hic amarissimum fel et acetum. Voluit ille non aliunde, sed à semet ipso immortalitatem possidere, subiijt hic pro illo crucis amarissimam mortem. Perdidit ille corporis immortalitatem, qua de terra sumptus non reuertetur in terram, sepelitur hic et terra conditur, ut maledictionem quo primus ille iustus est in terram reuertit, sua sepultura dilueret. Demum passus est tot tantaque tormenta et afflictiones Christus, ut nobis copiosissimos et affluentissimos redemptionis thesauros quasi hereditatem dimitteret. Iuxta illud, Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Verum quoniam in singularum partium dominicæ passionis explicandis mysteriis, multi sunt ecclesiastici auctores, ad fructus et emolumenta eiusdem crucis, et passionis cõuertamus sermonem. Hi uerò à catholicis scriptoribus multi ponuntur. Primus maculæ ac sordium, quas peccando contrahimus, detersto. Homo enim cum peccat animam inquinat, et coram diuina maiestate sordescere facit: ab his uerò sordibus Christi sanguinis sacratissimo balneo, peccatores abluimur, iuxta illud Qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Secundus, offensæ remotio, odio enim est Deo impius, et impietas eius: liberamur igitur ab eo odio, quo nos propter nostra nostrorumque parëtum peccata Deus prosequatur, per Christi passionem et obedientiam, iuxta illud. Cum inimici essemus Deo, reconciliati sumus per mortem filij eius. Tertius infirmitatis et debilitatis expulsio uiriumque; spiritualiū accretio. Homo enim, idest, genus humanum, descendens olim Hierosolymis, idest innocentie statu, in Hierico, idest, in huius mundi uariabilem rotam, in latrones, idest, in sathanicas potestates incidens, non tantum spoliatus est in bonis, sed insuper multis uulneribus affectus, per quæ uulnera ecclesiastici auctores, typico sermone uirium animæ ad recte operandum debilitatem intelligunt. Hanc igitur uirium decretionem, cœlestis samaritanus, imposito iumento, idest, sacratissime humanitatis suæ, semimortuo homine, uino, et oleo, idest sacramentorum succo infuso, per passionem exterminat, ut deinceps potentes simus ad standum aduersus insidias diaboli, aduersus principes et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitie in cœlestibus. Quò

C ij contin-

Hebr. 9.

Hebr. 10.

Succinta
passionis,
crucis,
mortis, &
sepulturæ
Christi ex
plicatio.

sapient. II

Psal. 129.

enumeratio
fructuum
passionis
& mortis
Christi
iuxta
quorundam
sententiam
Apoca. 1.
S. pi. 14.
Roma. 5.
Luc. 10.

Ephes. 6.

Explicatio III. artic.

contendit apostolica phrasis, cum saepe ueterem hominem per mortem Christi renouatum fuisse docet. Vetus homo noster, inquit, simul crucifixus est ut destruat corpus peccati. Quantum interest igitur inter iuuentam, & debilem senectutem aut decrepitam, tantum interest inter hominem per Christi mortem renouatum, & cum qui adhuc ueteris natiuitatis, spoliū nondum abiicit. Quartus fructus ponitur, reatus poenae aeternae dilutio. Hoc enim exigit iustitia Dei, ut quicumque peccat puniatur, poena autem mensuratur ex culpa, Vnde cum culpa peccati mortalis sit infinita, ut pote contra bonum infinitum, Deum scilicet, oportebat hominem in aeternum puniri: uerum Christus per suam passionem, abstulit nobis poenam hanc, eas poenas sustinens, quae iuxta qualitatem & conditionem personae, infinitam illam, suo pondere & ualore compensare possent. Vnde Petrus, Peccata nostra, id est poenam peccati, pertulit in corpore suo super lignum. Quintus fructus est, totius humani generis, iam tunc à sui primordio exulis, in regnum reductio. Vnde eodie, quo crucis sacrificium pro nobis oblatum est, latroni confitenti, Christus respondet Hodie mecum eris in paradiso. Hodie, inquit, id est, non tempore Aed, non tempore Abraham, non Davidis &c. sed hodie cum per me aeterno patri pro toto genere humano praetium redemptionis offertur. At licet haec pie ac catholicae doceantur, possunt tamen ad breuiorem numerum huius fructus reduci, si apostoli Pauli uerba perpendantur. Ex ipso, inquit, ad Corinthios scribens, Vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo iustitia, sanctificatio, redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Breui profecto uerborum compendio triplicem fructum dominicae passionis comprehendit Apostolus. duos qui ad uitae redemptionem peccati que remedii pertineant, quorum primū diuersis rationibus iustitia, sanctificatione, ac redemptione appellat: iustitia quidem, quod pro nobis per Christi mortem, paterna iustitia sit satisfactum, sanctificatione, quod pro nobis quasi hostia sancta & Deo placens, fuerit oblatum, iuxta illud quod morti proximus patri dicebat, Pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint ipsi sanctificati in ueritate, ubi, sanctifico, iuxta Cyrilli & doctiorum interpretationem, nihil aliud quam sacrifico, aut immolo significat. Factus igitur est nobis sanctificatio Christus, id est, sanctam hostiam in odorem suauitatis pro nostris peccatis seipsum immolauit. Redemptionem eundem fructum uocat, quia ea hostia eoq; iusto praetio, fuerimus à tyrannide diaboli, quam in nos à primordio generis humani obtinuerat, exempti, & pristinam, quam à Deo acceperamus libertatem asserti. Secundus qui ex priori hoc quae diximus deriuatur, est sacramentorum uirtus, & quam per illam suscipimus, nouae uitae existentia.

Tertius

Symboli Apostolici.

Tertius fructus uerus dominicae passionis est, eorum hominum, quos Christi iustitia, sanctificatio, & redemptio, à peccatis purgauit, eorumque, qui iam sunt in Christo noua creatura, morum quaedam Christianorum instructio, & perfecta catechesis: de quo tertio fructu, postea in Christiani hominis informatione dicemus. nunc duo illi priores nobis sunt exigendi, quanquam non eo ordine, quem praescribit Apostolus, qui (quod non esset hoc necessarium) in mysterijs explicandis saepenumero, non tamen rerum ipsarum naturalē ordinē, quā impetum spiritus, quo diuinitus agebatur, insequitur. In hac enim parte, priorem, qui à nobis enarratus est fructus, tertio loco collocat Apostolus, illis uerbis, Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, et redemptio: secundum, in illis, Ex quo uos estis in Christo Iesu. uerbo enim substantiuo, estis, nouam essentia, quam per sacramenta, quae ab ipsa passione fluxerunt, suscipimus, significat. Baptismo enim regeneramur, Eucharistia nutrimur, confirmatione roboramur, poenitentia conualescimus, Extrema unctione ad pugnas spirituales inungimur &c. Tertium autē fructum, qui ad mores instruendos pertinet, ea uerba demonstrant, Qui factus est nobis sapientia. Ergo quoniam noua existentia, nouumq; esse, quod per sacramenta suscipimus, iustitiam, sanctificationem seu redemptionem, a qua quasi effectus à causa deriuatur, superponit, priori quidem loco de iustitia, sanctificatione, & redemptione, quam per Christi passionem accepimus: secundo de noua hominis existentia, diuinoq; quodammodo esse, quod ex ille deriuatur, agemus. Tertio Christianum hominem ad eam morum instructionem, quā Paulus sapientiam uocat, exhortabimur.

Est itaque primus ac praecipuus fructus dominicae passionis, quod cum essemus Deo inimici, ac ab eo exitiali quodam odio separati, & seiuncti, per mortem & passionem unigeniti filij, eidem sumus reconciliati. Est fructus dominicae passionis, quod cum pro peccatis nostris diluendis, nullam haberemus hostiam, unigenitus Dei filius & ulla nostrae mortalitatis indutus, seipsum pro eisdem patri sanctificauit, id est hostiam & uictimam gratissimam effecit. est fructus dominicae passionis, quod cum essemus sub tyrannide diaboli, nos Christus soluto per suam mortem, praetio redemptionis absoluit. Est autem in hanc rem, ingens utriusque testamenti scripturarum sylvia, ex qua pauca huc proferemus. Cum inimici essemus, inquit Apostolus Paul. reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et subinde. Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliatio nem accepimus. Et rursus, Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu christi in plures abundauit, Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundan-

tiam.

Roma. 6.

I. Petr. 2.

R. Corin-
th. I.
breuiori
& aptiori
modo fru-
ctus domi-
nicæ pas-
sionis re-
cen-
sentur.
Ioan. 17.

Prior fru-
ctus pas-
sionis. Chri-
sti.

Roman. 5

Explicatio IIII. artic.

tiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes in iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obediendum, iusti constituentur multi. Et iterum. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Et rursus. In ipso inquit (de Christo loquens) complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cælis sunt, & uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis. nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere uos sanctos & immaculatos &c. Est & eiusdem illud. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Iterum, Eum, qui non nouerat peccatum, hoc est Christum, Deus pro nobis peccatum fecit (idest hostiam pro peccatis) ut nos efficeremur iustitia in ipso. Iterum. Semel oblatum est ad multorum exhaurienda peccata. Rursus. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum & dedit nobis mysterium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis reconciliationem. Et Petrus. Semel, inquit, pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne uiuificatos autem spiritu. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum &c. Ad eundem fructum & illa pertinent, Filius hominis uenit saluare, quod perierat, & dare animam suam redemptionem pro multis. Item illa. Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro, Item illa. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de uana uestra conuersatione, paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Item, Hic est sanguis meus, qui pro uobis & pro multis effundetur, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Item illa. Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Item: Qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Itē: & hæc (scilicet fornicatores, adulteri, fures, rapaces, &c.) fuistis aliquando, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi: Huc etiam pertinet, quod Isaias mortem Christi describens, inquit, Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, atritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, omnes nos quasi oues errauimus, unus quisque in uiam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum &c.

Denti-

Symboli Apostolici.

Denique huc uniuersa leuitici sacerdotij sacrificia contendere docet Apostolus. Quemadmodum enim eo statu omnia pene in sanguine mundabantur, & sine sanguinis effusione non fiebat remissio peccatorum, ita in Euangelico, omnia in sanguine Christi, qui unicum est nostrum sacrificium, tantum mundantur, neque sine eius cruoris pretio, ullo pacto fieri potest peccatorum remissio. Sed iam de secundo fructu qui ex hoc priori (ut dicemus) deriuatur, loquamur.

Est autem, noua illa uita nouumque esse, quod prioris natiuitatis uetustate proiecta, per baptismum & cætera sacramenta, quæ cum à passione domini deriuantur, non sunt aliud quam eiusdem pixides quædam, Christiani suscipimus. Ex ipso igitur (nimirum Deo uocante & trahente) secundum esse spiritualis naturam, in Christo sumus. idest existimus, in Christo Iesu, quoniam per eius sanguinem & mortem abluti, ueteri prorsus homine exuto, noua uita consistimus. Sic olim de se ipso dicebat Apostolus. Gratia Dei sumus, id quod sum. Quod nimirum hoc esse spirituale, non à natura sed à gratia deriuetur. Sic idem nouam creaturam in Christo nos uocat, si qua ergo, inquit, in Christo noua creatura est, uetera enim transferunt, Ecce facta sunt omnia noua. Et rursus. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque preputium, sed noua creatura. Sic etiam in Christo per baptismum ueteri homine interempto, dicimur noua uita resurgere. Sic ueterem hominem abicientes nouum, qui secundum Deum creatus est, indueri præcipimur. Sic Christianus baptismus, quo Christi passionem & mortem primò participamus, regeneratio siue reuoluentia frequenter uocatur. Sic per euangelici uerbi prædicationem in Christo gigni dicimur, quoniam euangelici uerbi ductu, in Christum uiua fide credentes, ueteris natiuitatis exuto fenio, noua uita donemur. Voluntarie, inquit Iacobus, genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Et Paulus, per Euangelium, inquit ad Corinthios, Ego uos genui. Sic tandem Christus nouus aut secundus Adam à Paulo uocatur, quod sicut prior ille ueteris natiuitatis est auctor, sic Christus nobis ueteri prorsus exclusa, nouam uitam infuderit. Est itaque secundus dominicæ passionis fructus, ex ijs duobus qui ad redemptionem expectant, uitæ nouæ & spiritualis perceptio, perquam (ut inquit Apostolus.) in Christo sumus, idest, homine ueteri protruso, noua uita subsistimus. Atque ad hos duos fructus cæteri uniuersi, qui à sanctis auctoribus obseruantur reduci uidentur.

Nunc iam qua ratione ab hominibus idem fructus participantur pauca dicamus. Nihil enim hominibus profuisset, Christum factum fuisse eisdem iustitiam, sanctificationem, & redemptionem, nisi quo pacto eadem iusti-

Hebr. 9.

Secundus fructus passionis Christi. Explicatur locus Pauli ipso &c.

1. Cor. II

2. Cor. 5.

Galat. 6.
Romæ. 6.

Ioan. 2.

Iacob. I.

1. Cor. 4.

Qua ratione sint iusti-

Etus dominice passionis Christiana-nis hominibus applicetur. Roma. 5. Quo pacto fructus passionis Christi participemus. Ioan. 3. Roma. 3.

iusiitia, ac sanctificatio, & redemptio, participetur, intelligant. Nihil de inde eisdem profuisset, Christum per suam mortem nouam uitam donare, nisi quotandem medio in eam nouam uitam ueniat, accipiant.

Applicamus igitur nobis priorem passionis & mortis Christi fructum, dum fide uiua & bonorum operum efficaci, coniuncta dilectioni, in eundem conuenimus: dum, inquam per hanc fidem Christo, qui tantum suis membris uiuidis factus est iusiitia, sanctificatio, & redemptio, per dilectione & promptam mandatorum obedientiam, quasi membra coniungimur. Nemo, inquit, Christus ascendit in caelum, nisi, qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Et sicut Moyses exaltauit serpetem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam aeterna. Docetur hoc loco, tantummodo Christu, qui pro nostra reparatione descendit de caelo, regressurum in caelum. non quod sola Christi persona caelum sit ascensura, sed quod nullus, qui eidem uiua fide ac dilectione, quasi uiuum membrum non cohereat, regnum caelorum, unde suis ac suorum progenitorum peccatis, iuste fuerat exclusus, sit ingressurus. Docetur deinde legali typo, quo pacto quis Christi membrum fiat, dum mox adiungitur. Sicut Moyses. &c. Exaltatur igitur Christus in crucem, non alio fine, quam ut in eum fidei oculos figentes, eidem qui pro nobis tot tantaq; pertulit, dilectione agglutinemur. Eadem quoque ad Roman. scribens docet Aposto. Iustificati, inquit, gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius &c. Propitiatorem, inquit, per sanguinem, idest, dum praetium sanguinis eius per fidem nostrum efficitur. Quo loco, fidem, caue, ne pro sterili illo mentis assensu, quo quidam inaniter sibi persuadent, Deum sine poenitentia ac bonis operibus peccata condonare, accipias, hoc enim est extrema dementia. Fidem ibi uocat Apostol. eam uiuendi rationem uniuersam, quam Deus nouo Euangelij statu mortalibus intulit: quam perpetuo tota illa ad Roman. epistola legi Moysae contra ponit Apostol. quamq; fidem uocat, quod fides, eius sit fundamentum ac basis. Proposuit igitur Deus Christum propitiatorem per fidem, idest, per integram Euangelici status exhibitionem & obedientiam, qua fidem, spem, charitatem, caeteramque legis Euangelici disciplinam uniuersam re ipsa aut animi proposito, exhibitam complectitur. Sunt ergo prorsus ab huius prioris fructus participio alieni, qui de sola fide gloriabundi, Christum per mortem suam, omnium operum bonorum obligatione exclusisse deblacterant. Ita enim Christus nobis factus est iusiitia sanctificatio & redemptio, ut nostris bonorum operum fructibus a uera fide & dilectione, profectis

fectis, quod uita aeternae pondus obtinerent, sui sanguinis praetium, & ualorem infunderit.

Participamus secundum mortis Christi fructum, idest, nouam illam & spiritualem existentiam, ut antea dicebamus, per septem sacramenta, qua diuersis rationibus, diuersisq; modis, totam spiritualem uitam nostram per diuersa spiritus sancti charismata semper conseruat: dum tamen ad ea non ficto animo sed uera fide ac dilectione Christi accedamus: alioqui cum ab animo ueteris hominis uitam non excludant, nec nouam infundent. Verum quoniam superius huius participationis exempla subiicimus, eadem amplius absque necessitate inculcare non libet. Quamobrem ad Christiani hominis catechesim, idest, tertium dominicae passionis fructum, iam est properandum.

Secundus fructus quo pacto habeatur.

QVAE CHRISTIANIS
HOMINIBVS IN HOC QVARTO

articulo per Euangelicos ministros & Christi pastores, ingeri debeant.



EST autem is, sapientia, ut dicebat Apostol. idest, caelestis quaedam, mores ad normam Euangelij componendi & exigendi doctrina, non tam uerbis quam exemplo & ipsa rerum exhibitione a Christo humani generis reparatore, ex crucis cathedra tradita. Multa profecto mortis & passionis epitome, admirando quodam docendi genere, nobis tradidit Christus, Vnde nec mirum uideri debet, quod Paul. non modo in humanis disciplinis & lege sed in Euangelio doctissimus, se tantum Christum & hunc crucifixum, scire ingenuè fateretur, quandoquidem in ipso, sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi. Atque hanc caelestem sapientiam, Christi pastores & Euangelici ministri infatigabili & quotidiano labore debent suis ouibus expascendam exponere, praesertim hoc saeculo, cum iam fide & caritate flacescentibus, uix illum alium, quam ipsum Euangelicam uitae institutorem Christum, eisdem immitandum, per uirtutis penuriam proponere liceat. Ergo Paul. imitentur, qui praedicabat Christum

1. Cor. 2.
Colosse. 2

Et hunc crucifixum, quod in eodem, summam Euangelij arbitraretur consistere. Hoc illis coeleste speculū, quod depræhensas maculas peccatorum extergant, aut quod in perfectam uirtutem amittantur, obijciant. Vix enim credi potest, ut qui ad intima deserti passionis Christi dominicos greges minetur, non inde in gentes bonorum operum fructus emulgeat.

- Doctrina prima. Incendant igitur eorum animos, quos imitandi Christi tepor inuasit, tanti beneficij memoria. nihil enim est, quod sic efficaciter in Christi reparatoris nostris sectanda uestigia, fideles perurgeat, quam animo repetere, & sic Deus dilexerit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Quod cum uix pro iusto quis patiatur, Christus cum adhuc infirmi & peccatores essemus, secundum tempus pro nobis mortuus sit.
- Ioan. 2. Erigant rursus eorum mentes, quos peccatorum mole pressos, baratrum desperationis absorbet, dulci spe ueniæ, quæ apud eum, cui tanto prætio stimus, nunquam erit non facilis. Quid enim quis amplius desperet, se ueniam consecuturum, ab eo, qui tot tantaq; tormenta pro nobis sustinuit? Quis enim accusabit aduersus electos Dei? Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est pro nobis, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, & etiam interpellat pro nobis?
- Roma. 5. Doct. 2. Acuant eorum fidem, ut discant iactare cogitatum in domino & ponere in Deo spem suam, siue in his, quæ coelestis felicitatis consecutionem spectant, siue in his, quæ ad uitam temporalem mediocriter agendam pertinent. Nã & id olim, tot calamitatibus ac tyrannorum afflictionibus præsis Euangelicis hominibus ingerebat Apostol. Qui proprio ait, filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Nam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, Multò igitur magis reconciliati, salui erimus ab ira peripsum.
- Roma. 8. Doct. 3. Compriment subinde hominum peccatorum audaciam, nunc ex hac coelesti doctrina peccati maliciam & grauitatem explicando, nunc poenarum inferni accerbitatem intorquendo.
- Roma. 5. Doct. 4. Nam quantã oportuit esse peccati malitiam & pondus, pro quibus diluendis, non quiuis sed filius Dei, patri coæternus, consubstantialis, unigenitus, & in quo solo sibi benè complacuit, ipsa iusticia postulante, in tot tantæ acerbæ tormentorum genera, insuper in mortem, non quacumque sed crucis, à patre conijcitur? quantas quamque acerbæ poenas, esse oportet, pro quibus persoluendis, Dei mors sola potuit esse satis? Hunc (inquit Paul. de Christo uero Deo & homine uerba faciens) definito consilio & præscientia

scientia Dei, traditū per manus iniquorum interemistis, quem Deus suscitauit solutis inferni doloribus &c. Atque hæc consideratio penitiori animo pertractata, mirum est profectò quantum pios homines, & qui nondum cum caritate fidem quoque abiecerunt, à peccando deterreat. Quotus enim quisq; non perterreatur, si tam graue reputet peccatorum supplicium, ut in Christo filio Dei unigenito, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, tanto rigore sint aliena punita? Quid enim sperandum erit de proprijs sceleribus, ei præsertim, qui per animi obstinationem filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti polutum duxerit?

Iam qui prauorum hominum persecutionibus affliguntur, admoceantur Christi patientiæ, qui in horrendas illas afflictionum fornaces sine proprio peccato coniectus, tanta animi æquitate sustinuit. Christus, inquit, Petrus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste. Et Paul. Per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta: atque in dextera Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit, à peccatoribus contradictionem, ut non fatigemini animis uestris. Et Isaias, Si

cut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus corã tondere se, abmutescet. Quod si quos uiderint, in superiorum obedientiam & imperium rebelles, obedientiam & subiectionem saluatoris proponant, qua ut mandatum, quod acceperat à patre, opere ipso, exhiberet, post tot ludibria & acerbæ afflictiones, per turpissimam & probrosissimam mortem, pro nobis ingratissimam peccatoribus animam posuit. Vnde eius mors ab Apostolo Paulo, quod ab obedientia profecta esset, obedientia uocatur. Sicut enim, ait, Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Grande profectò saluatoris exemplum, quod cum uerus Deus esset, non tantum parentibus per totum uitæ tractum inseruiuit, sed factus est obediens usque ad mortem, mortem autem non quancunque, sed patibuli & crucis. Elatos & tumidos animos, fratrumq; suorum contemptores, mortis Christi exemplo & honorum contemptu, ad Christianam humilitatem & modestiam reuocent: Hoc, inquit Paul. sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, hu-

miliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Qui obsecro miser homo, inani persuasione tumeat, aut honorum & diuitiarum acquisitione & possessione superbiat, qui Christi ludibria sannas, & opprobria animo meditetur?

Doct. 8. Docet etiam passio domini, omnium rerum terrarum contemptum, quis enim regem regum, immo filium Dei unigenitum in cruce pendentem, nudum, illusum, consputum, caesum, spinis coronatum, felle & aceto potatum, cum honorum, diuitiarum, deliciarum, &c. ambitu afficiat? Atque hinc profecto ille tantus in Christianis hominibus, prioribus saeculis, horum omnium contemptus, quod scilicet Christi passionem, recens memoriae impressam, quasi euangelicae uitae normam & amulum tenerent.

Vnde perfecta uirtus in prioribus christianis.

Doct. 9. Roma. 14

2. Corinth. 5.

Galath. 2

Doct. 10.

Roma. 6.

1. Petr. 4.

Galath. 6

Coloss. 3.

Instruantur Christiani populi, in hoc ipsum, Christum mortuum esse, ut nemo amplius nostrum sibi uiuat, id est, ut nemo suis affectibus, sed Christi praeceptis, qui nostram uitam totam suo sanguine coemit, obsecundet, & pareat. Nemo, inquit Paul. nostrum sibi uiuit & sibi moritur, siue enim uiuimus, domini uiuimus, siue morimur, domino morimur, siue ergo uiuimus siue morimur domini sumus. in hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut uiuorum & mortuorum dominetur. Et rursus, Pro omnibus mortuus est Christus, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Quam obligationem quam pulchre uir apostolicus Christo redderet, ipsemet de se ipso testatur. Christo, inquit, confixus sum cruci, uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Iustum profecto debitum, & Christianis hominibus, qui caeleste hoc beneficium a summa dilectione, & caritate profectum, penitus meditantur, omni studio persoluumendum. Quid enim aequius, quam ut omnia nostra studia in eum conferamus, id est, ut ei mente & corpore uiuamus, qui nobis & uixit, & mortuus est?

Docentur populi, ideo Christum mortuum, & sepultum fuisse, ut nos peccatis quoque moriamur, & in nouitate uitae ambulemus. An ignoratis fratres, inquit Paul. quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato, nec regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediamus concupiscentiis eius &c. Et Petrus. Christo ergo passo in carne, & uos eadem cogitatione armanini. Qui passus est in carne, desijt a peccatis, ut iam non desiderijs hominum, sed uoluntate Dei, quod reliquum est uiuat temporis. Et rursus

rursus Paul. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Mortificemus igitur membra nostra quae sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, auaritiam, quae est simulacrorum seruitus, ut deponentes iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem, nec in ore nostro, non mentientes, sed expoliantes nos ueterem hominem cum actibus suis, qui cum Christo crucifixus est, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum.

Instruantur populi, quanta animi constantia sit uirtus & iustitia colenda, quantaque uirtute sit peccato resistendum, cui ne Christus consentiret, aut iustitiam desereret, suscepit interitum, ac tot cruciatus & opprobria tolerauit.

Instruantur corporis mortem timendam non esse, postquam Christus prius gratia Dei pro omnibus gustauit mortem, Et postquam per suam mortem, utranque nostram mortem elisit. nihil enim aliud hominis pie mors est, quam coelestis felicitatis & uitae introitus quidam, Vnde Euangelico statu. mors non aliud quam transitus quidam ex hoc mundo ad patrem definitur, Qui credit in me, ait, non morietur in aeternum, sed transet de morte ad uitam. Atque hinc desiderium illud sancti uiri, Cupio dissolui & esse cum Christo. Et rursus, In felix homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Intelligant christiana plebes, regni caelorum rectissimam uiam, non esse delicias, non honores, non diuitias, non mundi applausum, sed afflictiones, impropria, paupertatem, abiectionem &c. Id est, crucem, quam super humeros tollere, & ipsum sequi, iubet Christus: quam gaudentes susceperunt Apostoli, Martyres, Virgines, Confessores, & reliqui illius caelestis ciuitatis conciuies, qui nunc iam triumphato mundo tripudiant. Hanc uiam ingressus est Christus, hanc caput nostrum intrauit. Oportuit enim Christum pati & ita intrare in gloriam suam.

Stultum igitur est putare alia nos ingressuros in gloriam alienam. Haec qui meditetur, siue mundus seuiat siue diabolus insidietur, in caelestis uitae domicilium, nullo mundi aut aduersarij potestatum turbine concitatus, securissimus incedet, praesertim cum sciat mundi passiones & afflictiones, postquam eas Christus in se ipso tolerando benedixit, caelesti uitae comparanda, fuisse quasi media quaedam destinata. omnes enim, qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur: & si socij passionum cum Christo fuerint, & consolatio num erunt. Et ut in summa dicamus, nusquam clarius uidere poterit Christianus, uniuersam Euangelicae uitae instructionem, easque omnes uirtutes, quas ad nos docendum Christus de caelo descendit, quam in domini passione morte, ac sepultura. Nusquam profecto uidebis clarius, Dei caritatem & misericordiam, quibus ad Deum diligendum alliciaris. Nusquam uidebis aper-

Doct. 11.

Doct. 12. Hebr. 2.

Ioan. 13. Ioan. 5.

Doct. 13.

Luc. 22.

2. Inno. 3. 2. Cor. 2.

Num. 23. tuis

Explic. IIII. art. Symb. Apost.

Exod. 18. *tius hominis uanitatem & miseriam, nullibi inuenies ualidius presidium ad superandas satanicas tentationes, rei cuius typus fuit serpens ille aeneus, quem in uenenatorum hominum remedium, Moyses erexit. Nihil tam consolatur in omni tribulatione, nihil tam excitat ad deuotionem & spiritualem dulcedinem, etiam inter medias mundi tentationes, ut passio Christi. Est crux Christi lignum illud, quo amaræ Marah aquæ, id est mundi tribulationes, omni amaritudine prorsus exclusæ, pijs hominibus, dulcescunt. Est crux Christi non tantum salus nostra sed & liber uiuus, in quo expressum est, quidquid unquam Christus aut fecit aut docuit. Est crux Christi denique totius uitæ Christiænæ, copiosissima summa, ad quam penitius meditandâ atq; speculandam, ingenti suo beneficio nos totos addixit. Atq; hæc de hoc quarto articulo Symboli Apostolici catechetica ratione docendi dixisse sufficiat. Alii ampliora cogitabunt.*

F I N I S .

A, primam faciem. B, secundam significat.

fol. 3. b lin. 14. enim. eod. fo. b lin. 37. infirmum. fol. 4. a lin. 31. cum eod. fo. b lin. 7. quibusq;. fol. 6. a lin. 9. conualescit fol. 7. b lin. 1. peccato, quod fol. 9. a lin. 4. prouocata. fol. 10. b lin. 35. & in fol. 11. a lin. 3. quædam fol. 12. a lin. 10. deriuentur.

